

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio XII. Privilegium concessum militiæ & ejus hospitalibus non
extenditur ad hospitalia separata & fine militia. R.P.D. Manzanedo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Si non emanasset, ut fuit i^r solutum in causa Albanen. beneficiorum coram Illastrissimo
D. Cardin. Lancellotto, & in Signinacastrorum coram R.P.D. meo Buratto, & alias
Ipsius, ex quo remanent solum privilegia, quae referuntur in constitutione Sixti
VII. quae sunt personalia pro rebus, & ideo non suffragantur colonis & arrendata-
nis ac supra dictum est. &c.

DECISIO XII.

Privilegium concessum militia & ejus hospita-
libus non extenditur ad hospitalia separata
& sine militia.

R. P. D. MANZANEDO.

Cordubensis. Decimorum 13. Maii 1616.

E. S. inter
recons.
decis. 27.
par. 4.
com. 2.

S U M M A R I U M.

- 1 Privilegium concessum uni militia & e-
jus hospitalibus, non suffragant ho-
spitalibus à dicta militia non depen-
dentiibus, & militia qualitate non pro-
bata.
- 2 Procurui verba in privilegiis arguun-
tem concedentis, & denoniant can-
sam finalem.
- 3 Privilegium concessum militia & ho-
spitale, non videtur concessum be-
nitatis sine militia.
- 4 Legatum factum medicis & doctort-
ibus non requiri concursum urinis-
que qualitatis.
- 5 Utima voluntas latam recipit inter-
pretationem.
- 6 Decimorum exemplio est materia o-
diosa, & scribble intelligenda.
- 7 Privilegium concessum intuimus aliqui-
us persona ex verisimili mente con-
cedentis non comprehendit separata-

Fuit

Fuit per Dominos resolutum, privilegium Clementis VIII. non suffragati hospitali fratrum B. Joannis de Deo, cum enim illud fuerit concessum militi SS. Lazari & Mauriti, & illius hospitalibus, non potest d. hospitale quod non dependet a d. militia, sed est regulare & subiectum ordinario, praetendere exemptionem decimarum vigore d. privilegii, quod non habet locum qualitate militie non probat à Socin, conf. 55. n. 1. lib. 1. Natta conf. 88. n. 1. Paris. conf. 62. n. 1. lib. 4. Cephal. conf. 256. in fine.

2 Quod autem d. privilegium emanaverit ad favorem d. militiae, & hospitalium ab ea dependentium probatur tam ex verbis processu, que arguant mentem disponentis l. fin. ff. de hered. inst. lib. 2. ff. ad Macedon. & denotant causam. Gravet. conf. 30. numer. 2. decif. Pedemont. s. 1. numer. 10. & seq. quamvis narrativa & dispositiva ejusdem privilegii.

3 In processu enim dicitur, decere Summum Pontificem, quod pro militiam & hospitalium quorumlibet, nec non personarum illis sub salutiferorum signo adscriptarum felici directione, profectibus, & commendatibus, Catholicorum diligenter prospicere, prout militiarum hujusmodi qualitatibus, atque Principum illis praefectorum insignibus erga Ecclesiam consipicat salubrem expedire.

In narrativa autem habetur hospitalitatem S. Lazari priscis temporibus frequentem, & non parum imminentiam, illiusque militiam, Magnum Magistrum, Conventum & loca fasce per Pium IV. sub B. Petri & Sedis Apostolicæ protectione suscepit, ac omnia illius privilegia & exemptions confirmatas, ac alia de novo concessa militibus, Presbyteris & capellani hospitalis, & militiae hujusmodi, retinendi scilicet pensiones, etiam quoad matrimonium, juxta hospitalis & militiae institutionem, & subiungitur Piam V. revocasse omnia & singula d. privilegia hospitalibus, militibus, eorumque militibus concessa.

Postea vero sequitur pars dispositiva, in qui Clemens dicit se velle favore prosequi tam magnum Magistrum, quam eisdem militiae milites; & statim subdit se confirmare omnes exemptions hospitalis S. Lazari ejusque militiae, magno Magistro & conventum concessas.

Ex quibus apparet clare, privilegium suisse concessum hospitali & militiae simul, & hospitali ratione militiae & illius intuitu, adeo, ut non videantur possessori ista duo, militia & hospitale, & non sufficiat hospitalitas absque militia. Separari ista duo, militia & hospitale, & non sufficiat hospitalitas absque militia.

4 Quibus non obstat, quod hospitalitas videatur distinguebita à militia, que suit longè postea introducta, & idem unum sine alio stare possit, siue dicitur delegato facto Doctoribus & Medicis, in quo non debet verificari concursus utriusque qualitatis. Feliu. in cap. 2. numer. 38. vers. salut. 6. de referente, quia quidquid sit utra hoc, sufficit quod Papa in privilegio, de quo agitur, fuerit contemplatus utrumq.


utrumque simul, inquit militia magis principaliter, ut pater ex superadictis.
Euide non valet applicari simile de legato, cum ibi non appareat fuisse per
relatorem contemplitam utramque qualitatem, inquit lata interpretatio.

Qui favor huc cessat, cum versemur in exemptione à decimis, quæ non
sunt concedi nisi cum maxima difficultate, ut fuit dictum in una Valentina decima-
rii 28. Novembris 1603, coram Illustribz Cardin. Lancelotto, & sic est materia odio-
is & strictè intelligenda, quo casu non intrat dictum Felini, ut ipsemet ibidem de-
clarat.

Minus obstat, quod privilegium de quo agitur, renovaverit omnes exemptio-
nes, & immunitates antea concessas, & præteriū à Pio IV. qui specialiter concesser-
at exemptionem à decimis hospitali S. Lazari ac illius prioratibus, domibus, hospi-
tibus, nec non magno Magistro.

Quia ultra quod privilegium Pii IV. emanavit etiam favore militiae & ho-
spitalium ab ea dependentium, ut pater ex proœmio, & dispositiva illius, & di-
xit Rota in hac causa coram Reverendissimo Arebaten. 10. Maii 1604. dicebat d.
privilegium fuisse per Pium V. revocatum, & Clemens illud non renovavit, nisi
cum non sit verisimile Clementem in d. privilegio concessu intuitu magni Magistri &
multum voluisse comprehendere hospitalia leprosorum separata, nec sub d. militia &
eius magno Magistro existentia.

Et ita fuit decisum.



G

DECI-